1588 Iulia Acca | mater | Callisthnis *(sic)* Ti. Caesar. | Aug. a bybliothece | Latina Apollinis, | et Diopithis f. eius a bybliot. | Latina Apollinis, | vix. an. XLVIII.

Romae in monumento sepulcrali eius generis, quae columbaria appellare consuevimus, sito ad viam Appiam in vinea gentis Codini; in eodem monumento extant multae aliae inscriptiones libertorum et servorum Caesaris, pleraeque scriptae Tiberii vel Gaii vel primis Claudii temporibus, in his infra editae N. 1589. 1676. 1746. 1752. 1755. 1757. 1772. 1776. 1778. 1837. 1948 (VI 5189 vidit Henzen).

1589 Alexander C. Cae|saris Aug. Germanici ser. | Pylaemenianus ab bybli|othece Graeca templi Apolli|nis, vix. annis XXX.

Romae in eodem columbario (VI 5188).

1590 Alcimo | Caesaris vilic[*o*] | a bybliotheca, | Marcia fecit.

Ostiae (XVI 196 descripsi).

1591 T. Flavio Aug. | lib. Polychryso | proc. montis | Mariani prae|stantissumo, | confectores aeris.

Hispali (II 1179 vidit Huebner).

1592 Silvano | sanc. sac. | Dorothe|us Aug. | lib. proc. | massae | Marian.[1] | s. d. d.

Ostiae rep., est Romae (XIV 52 vidi). — 1) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 78 not.*

1593 d. m. | M. Ulpio Aug. | lib. Hermiae proc. | aurariarum, cuius | reliquiae ex indulgentia | Aug. n. Romam latae sunt, | Salonia Palestrice | coniunx et Diogenes | lib. benemerenti fecer., | vixit ann. LV.

Ampeli (Zalatna) rep. esse videtur (III 1312).

1594 I. o. m. | Neptuna|lis Aug. lib. | tabul. aur. | Dacicarum | v. b. m. p. *(sic).*

Zalatnae, ubi fuit Ampelum (III 1297 vidit Mommsen).

1595 d. m. | Thaumasto | Aug., conmen|tariesi aurari|arum Delmatarum, | Felicissimus dis|pesator titu|lum p.

Salonis (III 1997 vidit Mommsen).

1596 d. m. | Valeriae Iuli|anes quae vixit | ann. VIIII, | et Aureliae | Pompeiae | quae vixit an|nis XV, filiab. | dulcissim., | Aurel. Calocae|rus Aug. lib. tab. | ferrar.[1] p. c.[2] et sub | ascia dedicavit.

Lugduni rep. a. 1875 (Allmer et Dissard inscr. de Lyon 1 p. 231). — 1) *Tabularius ferrariarum.* — 2) *Ponendum curavit.*

1597 Laribus Aug. | et Loco san|cto[1] Primus | Aug. lib. | proc. m. n.[2] | aram | consecravit.

In Africa prope Simitthu (Schemtu) (VIII 10589 = VIII S. 14552). — 1) *Intellege de Genio loci.* — 2) *Procurator marmorum novorum (vel: Numidicorum, quod praefert Mommsen ad C. VIII S. 14551).*

1598 dis mánib. | M. Ulpio | Martiali | Aug. lib. | á marmoribus.

Romae (VI 8483 aliquoties descripta saec. XVI).

---

archive.org